



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

8. An Pontifex possit committere laico, ut in casu necessitatis solemniter  
Sacramentum Baptismi ministret? Et extra casum necessitatis, ut licite  
conferant Baptismum, an inter Ministros hujus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)



## 12 : Tract. I. De Potestate Pontificis

nam huius consecrati esse veram, dummodo à parentibus filij separantur: nam si cum illis manerent per longum tempus, saltem vsque ad adultam aetatem, non liceret eos baptizare contra parentum voluntatem; quia licet parentes sint serui, quando tamen filij manent cum illis, non possunt priuari potestate quam erga filios habent, cum in ipsa natura fundamentum habeat: & ita ad eos spectaret prospicere bono filiorum in humanis, & diuinis, ac proinde eis irrogaretur iniuria, si Ecclesia infantes istos baptizaret, possentque facile perueriti, cum primum rationis vltim attingerent.

### RESOL. VII.

Sop. prima  
diffic. huius  
tituli in  
tom. 1. tr. 1.  
lege latam  
doctrinam  
Ref. 32.

An Pontifex potuerit determinare tempus præcepti diuini suscipiendi Baptismum?

Et an Ecclesia poterit determinare tempus, in quo Ministri Ecclesie, & non in alio, deberent exhibere Baptismum adultis petentibus, scilicet Vigiliam Resurrectionis, & Vigiliam Pentecostes?

Et an ex dispensatione Pontificis possit quis etiam laicus solemniter baptizare, in casibus, in quibus iure diuino, potest baptizare, & absque dispensatione id non possint Diaconi inferiores: Ex part. 8. tract. 1. Resol. 2.

Quamvis r. 6  
plene sup.  
hoc lege ta-  
men pro te-  
pore, & præ-  
cepto bapti-  
zandi infan-  
tes in tom. 1.  
tr. 1. Doctri-  
nam Ref. 28.  
& 29. & sup.  
doctrina hu-  
ius Ref. Vide  
Resol. not.  
præterea  
contra titu-  
lum postea  
& hic supra  
§. 2. Ref. præ-  
cedentis.

**N**EGatiue communiter respondent Doctores, & ideo Ochagavia tract. de sac. Baptism. quest. 15. conclus. 1. sic ait: Non potuit Ecclesia determinare tempus, vel interpretari, in quo debeant fideles baptizari. Probatur, quia tale tempus est à iure diuino determinatum, vidimus in vltima conclusione præcedent. quæst. ergo Ecclesia id nullo modo potest immutare; solum potest declarare, & interpretari causas, ex quibus possint infideles differte Baptismum, quod etiam quilibet Doctor potest efficere. Solum autem Ecclesia potest definire tempus, in quo parentes Christiani debeant suos infantes baptizare ratione iurisdictionis, quam in patres habet, qui regere debent paruulos. Ita ille.

2. Dicendum est igitur, in Ecclesia non posse potestatem determinandi tempus præcepti diuini, quo adulti ante finem vitæ baptizari tenentur, & merito; quia præcepto diuino determinatum est hoc tempus, nempe cum primum commodè possint: ergo Ecclesia nequit aliud determinare, non solum definiendo, sed neque interpretando; etiamsi, quando occurrit dubium, an causa aliqua sit sufficiens ad dilationem Baptismi, id possit interpretari, non minus quam quilibet vir doctus, imò multò melius.

3. Non desinam, tamen hic adnotare quod Caietanus quest. 68. art. 3. Sotus in 4. dist. 5. quest. vnica, art. 3. & Ledesma 1. part. 4. quest. 9. art. 3. dub. 1. docent, Ecclesiam posse determinare tempus præcepti diuini, quo adulti obligantur baptizari ante finem vitæ, quia Christus Ecclesie commisit Sacramentorum dispensationem: ergo potest determinare tempus pro susceptione Penitentiae, & Eucharistiae.

4. Constitatur, quia Ecclesia de facto determinauit vigiliam Resurrectionis, & Pentecostes in can. non ratione, & in can. duo tempora, & in can. Proprie de Consecratione, dist. 4. ergo in Ecclesia verè reperitur potestas ad id.

5. Verùm his non obstantibus ego puto non esse recedendum à prima, quam tenentur Vasquez, & Suarez, quos citat & sequitur Hurtadus de sacrament. Baptism. dist. 1. difficult. 17.

6. Notandum est tamen, quòd aliquando Ecclesia potuit determinare tempus, in quo ministri Ecclesie, & non in alio, deberent exhibere Baptismum, adultis petentibus, scilicet vigiliam Resurrectionis, & vigiliam Pentecostes. Ita habetur can. non ratione, de Consecrat. dist. 4. & eadem dist. can. duo tempora, & can. proprie, & alij Pont. & Concilia, quorum meminit Vasquez loco citato, & Leo I. epist. 4. ad Episcopos per Siciliam constitutos; qui addit, vigiliam Pentecostes esse additam pro celebratione Baptismi, vt tunc liceret eos baptizare, qui ob aliquod impedimentum in Paschatis vigilia non potuissent baptizari, in aliis verò temporibus, nisi ob causas in eisdem Canonibus expressas baptizare non licebat. Neque verò solum, vt voluit Soto in 4. dist. 5. quest. vnica, art. 3. aliis temporibus erat prohibitus ministris Ecclesie, baptizare cum Litaniis, & aliis solemnitatibus, quæ alio tempore in administratione huius Sacramenti non solent adhiberi, extra prædicta tempora, sed etiam sine huiusmodi solemnitatibus extraordinariis, quod aperte liquet ex epist. 78. alias 80. Leonis I. ad Episcopos Campanie scap. 1. vbi sic illis præcipit: Vt summam hanc, potentissimamque, Dei gratiam scilicet Baptismum, non nisi in Paschate, & Pentecostes die, desiderantibus, & Creditibus conferatis, manente quolibet tempore grauius necessitatum, ac periculorum consideratione, secundum quam oportet, subuenire. Si ergo Pontifex tantum concedit licentiam exhibendi Baptismum extra illa tempora, necessitate aliqua se offerente, quòd intelligendum est sine Litaniis, & ceremoniis vigiliae Pentecostes, ergo non licet illum exhibere etiam sine his ceremoniis, nulla exigente necessitate. Sed quòd dictis tantum temporibus conueniens esset Baptismus, probatur ex D. Thoma 3. part. 9. art. 3. Primo, nè Ecclesia facile deciperetur ab infidelibus sicte petentibus Baptismum, sed vnumquemque probare posset, quo animo ad Baptismum accederet. Secundo propter reuerentiam huius Sacramenti. Siricius Papa relatus in dicto can. non ratione, aperte sentit, tunc temporis fuisse licitum quouis tempore paruulos baptizare. Quod & propter plurima eorum pericula, & quia probatione non indigent, cum sint incapaces rationis; dispensatum fuisse credo. Et quidem etiam Romæ hoc est in vsu, vt refert Vasquez ibidem, cap. vltim. aliquos adultos quottannis in Sabbatis illis baptizare. Illa tamen consuetudo solum dictis temporibus baptizandi adultos, ferè in tota Ecclesia abrogata est per contrariam consuetudinem, vt quotidie videmus, vt docuit Rupert. lib. 4. diuinarum Officiorum, cap. 18. Ochagavia obi supra, & Hurtadus, qui etiam rectè disput. 2. difficult. 4. obseruat ex dispensatione Pontificis quemlibet, etiam laicum, posse solemniter baptizare in casibus, in quibus iure diuino potest baptizare, quia solemnitas Baptismi solo iure Ecclesiastico introducta est, & absque dispensatione id non posse Diaconis inferiores: quia solemnitas Baptismi non est præscripta ab Ecclesia pro his quibus ex vi Ordinis non conuenit digne, & competenter baptizare, sed tantum pro ordinatis ad id.

### RESOL. VIII.

An Pontifex possit committere laico; vt in casu necessitatis solemniter Sacramentum Baptismi ministret?

Et extra casum necessitatis, vt licite conferant Baptismum, an inter Ministros huius Sacramenti

Sup. hoc m. 2.  
gis latè in  
§. 1. & 2. Res.  
fol. seq.



Sacramenti ordo sit seruandus sub peccato mortalit. Etiam queritur, an Sacerdos ministrans Sacramentum Baptismi in casu necessitatis in peccato mortali peccet mortaliter. Item queritur de laico baptizante solemniter ex dispensatione, & de Diacono baptizante, solemniter, vel sacram Eucharistiam porrigente ex commissione Sacerdotis. Et notatur posse in casu necessitatis filium a Patre baptizari, & a propria matre, & a illis in praesentia necessitate minus Patris exerceri, atque per hoc non amittunt ius petendi debitum coniugale. Et quid. Si supradicta haec faciant extra casum necessitatis? Ex part. 8. tit. 1. Resol. 57.

1. Affirmative respondeo: nam minus solemniter baptizandi, non est constitutum ex iure diuino, sed Ecclesiastico. Et ita terminis docet Amicus in cursu Theolog. tom. 7. disp. 11. sect. 3. 852. ubi sic ait. Quod autem soli Diacono possit hoc munus solemniter baptizandi a Sacerdote committi, probatur: tum quia id docet Catechismus Romanus de sacramento Baptismi, §. iam uerbo a quibus ministris. Tum quia soli Diacono, quando ordinatur ab Episcopo, dicitur, quod debeat baptizare. Tum quia Diaconus est proximus minister Sacerdotis. Unde in necessitate potest Sacerdos illum substituere in iis omnibus, quae non sunt propria munera sacerdotalis.

2. At, inquit, non tantum Diaconus, sed quilibet alius inferior Clericus, imo & laicus potest ex commissione Pontificis solemniter baptizare: ergo hoc non est proprium Diaconi. Antecedens probatur, quia cum munus solemniter baptizandi non sit de iure diuino, sed Ecclesiastico, potest Pontifex, qui supra totum ius Ecclesiasticum potestatem habet, illud cuiusque committere. Resp. concessio antecedente, negatur consequentia. Et enim proprium Diaconi est, ut possit ex commissione solius Sacerdotis solemniter baptizare, quod non possunt reliqui Diacono inferiores, nisi ex commissione Summi Pontificis. Ita Amicus: cui etiam adde Hurdadum de sacra. Baptism. disp. 2. diff. 4. ubi ex communi Doctorum sententia, supponit, ex dispensatione Pontificis laicum posse solemniter baptizare in casibus, in quibus iure diuino potest baptizare.

3. Sed hic obiter aliqua non incuriosa in gratiam Lectorum notanda erunt. Et

Primo, notandus est ordo seruandus in ministris huius Sacramenti, ut licite illud conferant. Primo namque extra casum necessitatis, vel rationabilis causae, nullus praeter Sacerdotem potest baptizare, & quidem intra terminos suae iurisdictionis, vel commissionis. Si quid tentent alij, etiam Diaconi, peccant mortaliter, cum ut diximus, non possit Baptismus etiam Diacono committi sine rationabili causa, u. g. eo quod sint pauci Sacerdotes, vel procul distent, vel rebus grauioribus occupentur. Secundo, etiam in casu necessitatis Sacerdos praesens qui uelit baptizare, est praefendus etiam Diacono: si absit, vel non uelit, aut non possit baptizare, Diaconus debet assumi. Et huius ordinis inuersio, secundum Praepositum in 3. part. q. 67. art. 5. dub. 2. num. 6. est peccatum mortale, cum negligantur iij, qui ratione suae ordinationis habent completam capacitatem, vel saltem inchoatam, quibus proinde censetur fieri gratia iniuria, si non teneant baptizare, quamuis Sotus dist. 4. quast. onica, artic. 2. §. circa tertiam, & Suarez disp. 31. sect. 4. §. unde tercio addendum Tom. III.

sentiant non esse mortale, si negligatur Diaconus.

4. Nec etiam hic grauaor apponere uerba Calpenis in cursu Theolog. tom. 7. disp. 11. sect. 3. numer. 37. me citato sic asserit. In casu uero extremae necessitatis periclitantis pueri, quaeuis persona humana rationis particeps, uir, aut femina fidelis, aut infidelis, etiam licet baptizate potest, dummodo non adfit alia persona dignior. Unde haec regula generalis seruanda est: Praesente persona digniore, inferiori non licet baptizare in casu extremae necessitatis. Ordo autem dignitatis, & praetationis hic est. Primus Sacerdos, deinde Diaconus, postea Subdiaconus, postmodum initiatus minoribus Ordinibus, inde habens primam Tonfuram, illico laicus uir praefertur feminae: fidelis autem femina praefertur uiro infideli. Denique extranei praeferendi sunt parentibus propter periculum cognationis spiritualis, si forte haec proueniat ex Baptismo priuato. Inquires, an sit peccatum mortale hunc ordinem inuerrere. Nam dubium non est esse graue peccatum, si quis, qui non sit Sacerdos, baptizet sine graui, aut extrema necessitate. Et ferè omnes conueniunt, inuersionem illius ordinis, quantum ad Sacerdotem, & Diaconum, quibus ratione ordinis competit baptizare, esse peccatum mortale, quamuis nonnulli relati a Diana tract. 4. de Sacramentis, resol. 4. contendat esse solum ueniale, Mat abique contentum, & Sacerdote non tenentem. In ceteris autem infra Diaconum ordinem inuerrere, quidam affirmant esse peccatum mortale ex grauitate materiae: Alij solum ueniale, quia leuis est materia. Verumque est probabile. Haec Calpenis.

5. Secundo notandum, posse in casu necessitatis filium baptizari a proprio patre, uel matre. Neque propter hoc amittunt ius petendi debitum coniugale, ut declarauit Ioannes VIII. & refertur canon ad lumina 30. q. 1. & expressit in suo Ritualis Paulus V. de ministro Baptismi; eodem modo possunt parentes in casu necessitatis circa proprios filios exercere munus patris, non contracta cognatione spirituali. Difficultas est, an si extra casum necessitatis id faciant, spirituales cognationem contrahant. Affirmant multi apud Suarez in comment. ult. art. 9. 67. negat uero, & probabilius, ipse P. Suarez ibid. & alij apud ipsum, cui adde Amicum ubi supra, num. 43.

6. Tertio notandum, laicum baptizantem in casu necessitatis in statu peccati mortalis non peccare mortaliter: quia obligatio ministrandi Sacramenta in gratia, non solum oritur ex sanctitate Sacramentorum, quae Deus, ut causa principalis, operatur, sed etiam ex consecratione ministri per aliquod Sacramentum, quo deputatur ad tale munus per se quidem & ex officio praestandum. Alij uero licet sint in aliquo casu, uel in aliquo Sacramento ministri deputati per Christum, non astringuntur ita grauius ad sanctè peragendum ministerium, quod illis non competit per se, sed per accidens ob necessitatem permittitur. Verum est, laicum ministrantem in mortali cum posset contertipius, graue peccatum ueniale committere, quia bis reuera se gerit irreuenter. Et hoc probat fundamentum primae sententiae. Ita, me citato, cum multis alijs, P. Franciscus de Lugo opuscul. de Sacrament. c. 2. q. 7. n. 58.

7. Licet contrarium asserat Vasquez in 3. part. disp. 116. c. 3. num. 26. & 27. & alij. Quia nullus ministrat Sacramentum, quamuis laicus sit, & in necessitate, priuatimque ministret, qui non exerceat hoc ministerium, ut Christi minister ad

Sup. hoc magis late in Ref. 1. nor. praeterit. in §. Tertia opinio. & in Ref. 1. dicta annot.

Quae hic est in rom. 1. tr. 1. Ref. 46.

Sup. hoc in rom. 1. tr. 1. Ref. 103. & 104.

Sup. hoc in Ref. 1. no. praeterit. & in rom. 1. tr. 1. Ref. 105.

Sup. hoc in tom. 1. tr. 1. Ref. 1. 2. postmedium uerb. Nota uero, & in Ref. 42. cur sim in fine, & magis laus in Ref. 43. & recitauer in principio. Ref. Refol. 39. & ibi in tr. 2. Ref. 6. cur sim au. in. 5. §. Ex

PLAINE  
Quinnia  
O. IIII V  
E. III





hoc institutus, & subinde virtute Christi merita  
dispensat ipse, rem sacram, & actionem sancti-  
ficatorem tractans. Ergo debet se, tum sanctitati  
principalis agentis, nempe Dei, tum ipsius mini-  
stri, sanctificationi conformare per conscientiae  
punitatem, & per consequens in gratia ministrare,  
dum potest se disponere per constitutionem. Alio-  
quin irreuerentia grauis irrogatur Christo, dum ab  
eius hoste ipse merita dispensantur. Nec enim  
grauitas huius irreuerentiae tam sumitur ex deputa-  
tione per consecrationem ministri, quam ex mini-  
stro, ad quod minister est deputatus, ita ut quis-  
quis in gratia possit ministrare Sacramentum, ita  
facere debeat. Haec sententia est probabilis, ut il-  
lam appellat Coninck de Sacrament. q. 64. art. 6.  
n. 37. sed tunc nostra sententia amplius potest.

Sup. hoc in  
tom. 1. tr. 1.  
Resol. 1. &  
ex doctrina  
Resol. 43. &  
ibi in tr. 2.  
ex doctrina  
Ref. 5. Ex  
his, paulo  
post ini-  
tium, a ver-  
ind.

8. Sed plus addam. Quarto, notandum etiam Sa-  
cerdotem in necessitate, baptizantem infantem si-  
ne solemnitate, si existat in peccato mortali, non  
peccare mortaliter. Quia Sacerdos tunc non bap-  
tizat, ut minister ex officio, sed subuenit necessita-  
tem patienti, sicut posset laicus subuenire. Quan-  
tus enim consecratio respiciat primario substan-  
tiam Sacramenti, pro ut Christo Domino insti-  
tutam, secundario respicit etiam administratio-  
nem cum ritibus, & solemnitate per Ecclesiam  
assignatis. Quare cum haec praetermittuntur, solum  
attenditur in necessitate nudum ministerium,  
quod laicus posset praestare. Quod autem in  
hoc casu Sacerdos praefertur laico, non conuincit  
operari Sacerdotem, ut ministrum ex officio, nam  
etiam vir femina, Clericus laico praefertur ob  
reuerentiam Sacramento debitam, cum tamen non  
ministrent ex officio per se. Et ita hanc sententiam,  
me citato, tenet Pater Franciscus de Lugo opusc.  
de Sacram. c. 2. q. 8. n. 63. cum multis aliis. Licet  
in tali casu Sacerdotem peccare mortaliter asserat  
Vasquez ubi supra, num. 27. & Palauus n. 10. qui-  
bus adde Coninck n. 3. nam in tali casu concurrunt  
non solum sanctitas Sacramenti, quod petit san-  
ctum tractari, sed etiam consecratio Sacerdotis, per  
quam deputatur ad quouilibet Sacramentorum  
dispensationem, ac subinde quotiescumque, &  
quomodocumque ministrat Sacramentum, id agit  
ex officio. Quippe Sacerdos non magis in ordi-  
natione sua secundum diuinam institutionem  
consecratur ad baptizandum solemniter, quam  
aliter, cum solemnitas sit iuris Ecclesiastici, con-  
secratio vero iuris diuini. Sed dum baptizat sole-  
mniter, exercet actum, ad quem peculiariter est  
consecratus; ergo pariter, dum baptizat non sole-  
mniter. Sed nostra sententia est communior, &  
probabilior.

9. Sed si aliquis curiosus hic inquirat, an laicus  
ministrans sacramentum Baptismi ex dispensatione  
Pontificia ut diximus, solemniter, an inquam,  
si sit in peccato mortali, peccet mortaliter. Res-  
pondeo, hunc casum me non inuenire, quan-  
tum videre potui, pertractatum ab aliquo Docto-  
re. At aliquis posset affirmatiue respondere, quia  
sic confert Sacramentum in mortali, idque tan-  
quam minister aliquo modo ex officio, ut in casu  
simili tenent Doctores, dicunt enim Diaconum  
baptizantem solemniter ex commissione Sacerdo-  
tis, in statu peccati mortalis, peccare mortaliter; &  
ita docet Praepositus in 3. part. q. 64. art. 6. dub. 1.  
num. 8. cum his, quae obseruat q. 67. art. 6. dub. 5.  
num. 6. Idem etiam docet Layman lib. 5. tract. 1. c. 5.  
num. 8. ubi sic ait. Amplia secundo, idem dicen-  
dum esse de Diacono, si ex speciali Sacerdotis, de-  
legatione Baptismum administret; multoque magis,  
si ex simili commissione sacram Eucharistiam

hic porrigat: quia & ipse tunc haec Sacramenta  
ministrat ratione ordinationis suae, quippe per  
quam habilis redditur, ut talia sacra ministeria ipsi  
Sacerdote committantur: cumque Diaconis in  
his suppleat vicem Sacerdotis, conuenit eum simi-  
lem quoque obligationem dignè ministrandi in  
se suscipere. Ita Layman; sed tu cogita, an cur-  
rat per ratio in casu nostro de Diacono ad lai-  
cum.

RESOL. IX.

An Pontifex possit sub peccato precipere sumptionem  
Sacramenti Confirmationis.

An sit praecipuum diuinum, vel naturale obligans  
sub mortali ad susceptionem huius Sacramenti, si  
commodè potest suscipi.

Sed, difficultas est quoad praecipuum diuinum posi-  
tuum.

Et an praecipuum Concilij Tridentini de praua Con-  
firmatione ante Iuramentum, & ordines impotes  
peccatum mortale, aut veniale? Ex part. 8. tr. 1.  
Ref. 47.

§. 1. SUppono non extare praecipuum diuinum  
S naturale de sumendo, sacramento Confir-  
mationis, cum praxis Ecclesiae parulis non con-  
ferat hoc Sacramentum, ut visum est, imò extat  
praecipuum de non conferendo ante septennium;  
neque etiam comparatione adultorum extat pra-  
ecipuum de Sacramento re ipsa suscipiendo, sic ex-  
pressè Melchirades Papa episc. saepe cit. Deinde com-  
paracione adultorum non extat praecipuum diui-  
num naturale suscipiendi Confirmationem in re,  
vel in voto, quia in his Sacramentis, in quibus re-  
petitur eiusmodi praecipuum, nascitur ex necessitate  
effectus Sacramenti, quando scilicet effectus Sacra-  
menti est simpliciter necessarius ad salutem, & tunc  
dicimus Sacramentum esse necessarium vel in re,  
vel in voto his, qui in re illud suscipere nequeunt,  
& tamen habere possunt votum Sacramenti; vel  
in re tantum his, qui non sunt capaces voti, quales  
sunt paruuli: sic dicimus sacramentum Baptismi  
in re necessarium esse simpliciter paruulis, & in re,  
vel in voto adultis; similiter Poenitentiae sacra-  
mentum dicimus esse necessarium lapsis in pecca-  
tum, in re, vel in voto, quia prima gratia est me-  
dium simpliciter necessarium ad salutem, quod nul-  
lo agenti suppleri potest, idem ostendimus de Eu-  
charistia ratione effectus perseverantis suo loco, ubi  
haec omnia latè examinabimus. At effectus Con-  
firmationis non est simpliciter necessarius ad salu-  
tatem, scilicet robur ad protestandam fidem; nam  
aliis medijs obtineri potest, neque habemus locum  
in sacra Scriptura, vnde colligamus huiusmodi ro-  
bur ad defendendam fidem, vel eius impugnatores,  
huic tantum Sacramento alligatum esse, sicut con-  
stat ex doctrina Patrum Ecclesiae. Rursus multi  
sunt quibus nunquam ea se se offert occasio; ut  
paruuli, qui ante usum rationis moriuntur, &  
perpetuo amentibus, quibus impendi potest lici-  
tè sacramentum Confirmationis; ergo non est vin-  
de colligamus, sacramentum Confirmationis etiam  
esse necessarium necessitate medij ad salutem ex vi  
Sacramenti, neque necessarium ex praecipuo diui-  
no naturali.

2. Sed difficultas est, quoad praecipuum diui-  
num posituum.

Prima sententia affirmat esse diuinum praeci-  
puum obligans sub mortali ad susceptionem huius  
Sacramenti, si commodè potest suscipi. Hanc  
doctrinam

Sup. hoc in  
tom. 2. tr. 1.  
Ref. 118. §.  
vlt.

Sup. hoc le-  
ge doctri-  
nam Reso-  
lutionum, &  
§§. not. seq.  
signanter §.  
Ref. 5.

Sup. hoc  
tom. 1. tr.  
Ref. 16. §.  
vlt. & in §.  
doctrinam